Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



77.

resurrectionem carnis: uelud damabat: Ecce ego uobiscum sum usq: ad consummationem seculi. Jeiunium quippe est in tribulatione cessamus: quum quis in agone est: abomnib: abstinens est: cib: aut in spe pacis quae pfecta non erit nisi cum corpus nrm cuius expectamus redemptionem induerit in mortalitatem qd non dū adipiscendo gloriamur: sed spe ieiunando iam pascamur: utrūq: apostolus simul nos agere ostendit dicens: Spe gaudentes in tribulatione patientes: tā quā illud est & incibo hoc ieiunio. simul enim cum uia dñi carpimus & auanitate pfectus sicij ieiunamus & futuri pmissione reficiamur. hic non apponentes cor illuc pascentes sursum cor: qd aut dns consummatus ieiunii dieb: esurit cum de more uel helya ieiunauit: nihil tale sit scriptū: Ideo factū est ne abeo temptando pauens hostis auf ugeret &. Quem cum tot signis caelestib: pconatū: tum & iam uiris excellentissimis in abstinendo uideret & aequatū. Et sicut enim humilis dns homo ne inimico in notescat homo dī sublimis.

Dixit illi diabulus si filius dī es dic lapides hic ut panes fiant.

Antiquus hostis redemptorem humani generis debellatorem suū in mundū uenisse cognouit. Unde & pobsessum homine dixit. quid nobis & tibi fili dī uenisti huc ante tempus torquere nos: qui tamen prius cum hunc passibilem cernere & cum posse mortalia pp & humana tractare uideret & omne qd de eius diuinitate suspicatus est ei factus suae superbiae indubium uenit: nihil quippe nisi superbū sapiens dum est hunc humilem conspicit dm esse dubitauit. Unde & temptationi se argumenta conuertit: sed non sicut nos qui puri homines sumus in ruente sepe temptationi concutimur: sed redemptoris nri animae temptationis est necessitate turbata. hostis nāq: nō & si in excelsum montem eum pmisit: ad sumpsit: si dicatur ū se regna mundi phibuit: si quasi in panē uertendos lapides ostendit mente tamen mediatoris dī & hominū temptationem quae sanare non ualuit: sic enim dignatus est haec exterius cuncta suscipere: ut non eius mens interius diuinitatis suae inhaerens inconcussa p manere & qui & si quando turbatus spū infremuisse dicit: ipse diuinitus dispondebat quantum ipse humanitus turbaret &. omni uerbo dī.

Et respondit ad illū ihs scriptū est. quia non in pane solo uiuit homo sed in

Ideo sic respondit dns. quia appositum ei est ut humiliter diabulum uincere non potentia: simulq: animae aduersanti dū. qd nisi ieunare coepisset dns: temptandi occasio non fuisset & diabulo secundū illud: fili accedens ad seruitutem dī p patre animā tuā ad temptationē. sed & ipsa responsio saluatoris: hominē fuisse indicat qui temptatus est. Non in pane solo uiuit homo sed in omni uerbo dī: si quis ergo non uescitur uerbo dī: iste non uiuit. Nūc hostis nē adhuc in hac uita nos positos quanto magis nos sibi rebellare conspicit tanto amplius expugnare contendit, eos enim pulsare neglegit quos quieto iure possidere se sentit: contra nos uero eo uehementius incitatur quo ex corde nro quasi exciure propriae habitationis expellitur: hoc enim in seipso dns sub quadam dispensatione figurauit qui ad diabulum non nisi post baptisma se temptare permisit: ut signum nobis qdam futurae conuersationis in uerbo.